

## DISPUTATIO XXI.

*De Materia Eucharistiæ.*

**C**UM Sacramentum Eucharistiæ non consistat in applicatione alicujus rei sensibilis sub certa verborum forma, sed in re permanente, quæ vetitum sit Sacramentum etiam extrâ usum, non agitur de materia Eucharistiæ in hoc Sacramento permanente, quâ applicatâ hoc Sacramentum constituitur, sed de materia transeunte, sive quæ designat esse, dum hoc Sacramentum conficitur, & ad fieri hujus Sacramenti necessaria sit, non ut illud constituatur per materiæ applicationem, sed ad designationem materiæ esse incipiat.

## Q U Æ S T I O I.

*An Panis & Vinum sint Materia?*

**D**Uplex Veteris Testamenti figura fuit Sacerdotii Christi, Aaron, qui immolando animalium sanguinem cruentum sacrificium crucis, & Melchisedech, qui offerendo panem & vinum Eucharistiæ incruentum sacrificium præsignavit. De cujus proinde materia

DICO. *Panis & Vinum sunt materia conveniens hujus Sacramenti.* S. Th. hic Q. 74. a. 1. O.

Hæc veritas fidei definita est tum in Con. Lateran. relato in cap. Firmiter 1. de sum. Trin. & fid. Cath. in quo ita idem ipse Sacerdos est Sacrificium Jesus Christus, cujus Corpus & Sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus Panis & Vini veraciter continentur transsubstantiatis Pane in Corpus & vino in sanguinem potestate divina. Tum in

Florentino & Trident. sumiturque è locis Evangelii, quibus supra institutio hujus Sacramenti probata est. Ratio non est alia, quam instituentis voluntas, quæ hanc materiam elegit, & ipso suo usu designavit, sicut ergo materia baptismi est vera & naturalis aqua: quia aquam simpliciter dictam æterna Veritas designavit, ita quia panem & vinum Christus consecravit, & ita faciendum discipulis imperavit, non est dubium, quin panis simpliciter & absolutè talis & pariter vinum naturale sit genuina hujus Sacramenti materia.

Ratio Congruentiæ est in dõ, quod hoc Sacramentum significet unionem charitatis cum Christo capite & membris inter se, sed ad hanc significationem maximè deservit panis, qui est unus ex multis granis, & vinum quod est unum ex multis uvis. 2dò, Quia finis & proprius effectus hujus Sacramenti est spiritualiter nutrire, confortare, lætificare; sed panis nutrit & confortat, vinum lætificat cor hominis &c., ergo panis & vinum sunt conveniens hujus Sacramenti materia.

*Nec dicas:* Quod hoc Sacramentum sit institutum pro tota Ecclesia, & consequenter materia debeat in omnibus Regionibus, ad quas sese extendit Ecclesia, haberi; in aliquibus autem locis deest panis, in aliis deest vinum.

Respondet enim S. Th. loc. cit. ad 2. *Quod licet non in omnibus terris nascatur triticum vel vinum, tamen de facili ad omnes terras deferri potest.*

DIO

hic. Q.

Explicat

termina

tatem

nis &amp; v

secrari

præfens

mæ, q

panis &amp;

quantit

salvatur

secrari

panis &amp;

viduo d

Porro

juxta p

minun

nomen

Im

admin

ac à co

hoc: in

stretur

illa eff

est præ

solum

2dò

erari n

lebrant

intrà ta

## QUÆSTIO II.

## De Præsentia &amp; quidditate Materie.

**D**ICO I. Non potest dici, quod quantitas materie hujus Sacramenti sit determinata, S. Th. hic. Q. 74. a. 2. O.

*Explicatur* : Materia Sacramenti est quidem determinata quoad speciem, sed non secundum quantitatem hoc sensu, quod certa tantum quantitas panis & vini consecrari possit & major vel minor consecrari non possit, modò sit consecranti moraliter præsens; aliàs non potest designari per verba formæ, quibus consecratio perficitur, unde potest panis & vinum in quacunque maxima & minima quantitate, in qua forma substantialis panis & vini salvatur, & in qua percipi possunt sensu, validè consecrari: quia materia hujus Sacramenti est verus panis & vinum verum debitè præsens & in individuo determinatum.

Porrò ad debitam præsentiam requiritur, ut juxta prudentem æstimationem & communem hominum usum demonstrari possit materia per pronomen *hoc* vel *hic*. Unde

*1mò*, Si Materia tantum distaret, ut non nisi adminiculo alicujus actionis demonstrari posset, ac à consecrante magis dici deberet: *illud*: quàm *hoc*: invalida foret consecratio, quia ut demonstretur materia per particulam *hoc* vel *hic*. Debet illa esse moraliter coram consecrante, qualiter non est præsens materia ad plures passus remota & visu solum perceptibilis.

*2dò*, Materia à tergo consecrantis posita consecrari non potest, quia moraliter non est coram celebrante; uti neque hostia sub mappa Altaris vel intrà tabernaculum posita.

3<sup>tiò</sup>, Hostia in Calice vel ciborio juxta sacerdotem posita validè consecratur ; quia ratione corporis proximè continentis , cum quo censetur moraliter unita, est sufficienter demonstrabilis per pronomen *hoc*, in praxi tamen vasa , in quibus materia consecranda recipitur, dilcooperiri debent.

4<sup>to</sup>, Vix potest assignari determinata distantia, intrà quam valeat materia consecrari ; communiter illa sufficiens reputatur , intrà quam materia posita verè manu contingi potest.

Requiritur præter præsentiam physicam , ut consecrans intentione suâ materiam consecrandam determinet ; quia actiones versantur circa singularia , & forma consecrationis non verificatur nisi in materia per consecrantis intentionem determinata.

Hinc 1<sup>mò</sup>, Invalidè consecraret sacerdos, qui ex duabus hostiis ante se positis indeterminatè vellet consecrare alterutram , aut illam , quam Deus vel Petrus maluerit consecrari , quia illa indeterminata non foret determinabilis per pronomen *hoc*.

2<sup>dò</sup>, Si sacerdos consecraret duas hostias unicam esse putans , utraque foret consecrata ; quia præsumitur habuisse intentionem totum hoc consecrandi , quod manibus tenet.

3<sup>tiò</sup>, Hostiæ minores à sacerdote vel ab alio ex voluntate sacerdotis celebrantis positæ ante offertorium super corporale validè consecrantur, quamvis sacerdos sub actu consecrationis non amplius de iis cogitet , dummodo intentionem non restringat ad hoc solum consecrandum , quod tenet in manibus ; quia censetur virtualiter manere intentio hoc totum consecrandi , quod debito modo est consecrabile.

4<sup>to</sup>, Guttx vini exteriùs calici adhærentes non consecrantur , quia non censetur sacerdos velle aliquam materiam non legitimè præsentem aut illicito modo consecrabilem consecrare.

3<sup>to</sup>  
vam ac  
censet  
mare  
quod i  
facile  
deben  
cratio  
tione  
bio, ar  
mi, &  
fuerit,  
tius in  
Dico  
ritice  
est aut  
vel fer  
Conver  
sua Ec  
ratione  
Pra  
conse  
se pan  
tali co  
Sacra  
cram  
ceren  
insti  
piens  
babit  
præce  
id est  
retur ;  
panis  
fectur  
3<sup>to</sup>.

siò, Guttæ vini intrâ cuppæ superficiem concavam adhærentes à materia consecranda remotæ non censentur consecratæ: quia sacerdos reputatur formare hanc intentionem, consecrandi hoc totum, quod intrâ calicem per modum unius continui vel facillè continuabilis continetur. Attendere tamen debent sacerdotes, ut remotiores guttas ante consecrationem detergant, & propinquiores levi agitatione calicis cum reliquo vino continent. In dubio, an aliquid sit consecratum, debet reverenter sumi, & si alia consecrationis materia certa non adfuerit, sub conditione de novo consecrari, de quo latius intrâ.

DICO 2. *Necessarium quidem est, ut sit panis triticeus, sine quo non perficitur Sacramentum: non est autem de necessitate Sacramenti, quod sit azymus vel fermentatus, quia in unoquoque confici potest. Conveniens autem est, ut unusquisque servet ritum sua Ecclesia... consuetudo de pane azymo celebrandi rationabilior est.* S Th. hic Q 74. a. 4. O.

*Prima Pars explicatur & probatur:* Materia consecrationis exprimentis corpus Christi debet esse panis triticeus, id est, ex farina tritici & aqua naturali coagmentatus & igne coctus: quia materia hujus Sacramenti est illa, qua Christus instituendo hoc Sacramentum & præcipiendo Apostolis ut idem facerent, usus est, atqui Christus hoc Sacramentum instituens & Apostolis, ut idem facerent præcipiens usus est pane triticeo, tum quia, ut statim probabitur, consecravit in pane azymo, de quo erat præceptum divinum Exodi 29. ut ex simila triticea id est ex purissimo flore farinæ triticeæ conficeretur; tum quia solus panis triticeus apud homines panis simpliciter dicitur, nec alii panes nisi in defectum hujus sunt introducti, & in usum veniunt;

unde panis ex hordeo, avenâ, siligine aliisque granis tritico inferioribus confectus adhiberi non debet, idem est de tritico variis alterius speciei granis permixto: quia notabilis mixtio speciem mutat, si tamen sit mixtio modica, sicut non impedit, quominus panis sit simpliciter triticeus, ita non obstat, quia ex eo confici possit Eucharistia. Deinde quod farina triticea debeat esse aquâ naturali mixta, constat inde, quod non censeatur verus & usualis panis, qui ex ovis, lacte, aquâ rosaceâ & quæ similia sunt, conficitur, ob eandem rationem debet panis ille calore ignis concoqui, quo solo panis usualis efficitur & forma substantialis panis introducitur, & quia puls ex farina triticea & aqua naturali confecta ac igne naturali cocta non censeatur panis usualis, non est apta consecrationis materia.

*Secunda Pars explicatur & probatur*: Licet validum fiat Sacramentum adhibito vero pane triticeo: quia sub illa formalitate tantum Christus panem in Sacramenti hujus materiam juxta Ecclesiæ declarationem designavit, attamen de necessitate præcepti in Ecclesia latina latinus tenetur celebrare in solo azymo, & in Ecclesia græca græcus in solo fermentato; uti ad concordandos græcos cum latinis definivit Conc. Florent. tam à Græcis quam Latinis subscriptum; tenentur ergo suum morem tam latini quam græci in Ecclesiis suis servare sub mortali, nec ab illo debent recedere, etiamsi populus deberet sacrificio, & proximus moribundus viatico privari; sicut non licet consecrare sine vestibus sacris ob similes causas, quia ob utilitatem communem & publicam Sacramenti reverentiam hic ritus præceptus est, sicut & vestes sacræ, cui proinde privata utilitas cedere debet. Dum tamen latinus per Græciam iter facit, potest celebrare in fermentato,  
&

& econtrà Græcus per Ecclesiam latinam proficiscens potest celebrare in azymo, nisi inveniatur inter Latinos Ecclesiæ Græcorum, in quibus ritus Græcorum observentur, vel econtrà inter Græcos Ecclesiæ Latinorum: quia in his templis tenetur unusquisque suæ Ecclesiæ usum servare, nec posset sacerdos latinus in Ecclesia Græcorum inter Latinos existente, quales sunt Romæ & Venetiis celebrare in fermentato; quia id est speciale privilegium Græcis in tali Ecclesia concessum. Posset tamen imò deberet ad supplendam integritatem sacrificii, Græcus in azymo, si fermentatus deesset, & Latinus in fermentato, si azymus deesset, etiam in suis Ecclesiis consecrare: quia integritas sacrificii est Juris divini adeoque prævalet accidentali determinationi materiæ, quæ solum est Juris Ecclesiastici.

*Tertia Pars probatur:* Quia licet tam Græci quàm Latini contentur stabilire ritum suum ex facto Christi. Attamen, ut ex sequentibus patebit, probabilius est Latinos asserentes, Christum consecrasset in azymo, imitari factum Christi, quam quod Græci dicentes, Christum consecrasset in fermentato sese eidem conforment. Ut id melius constet: sciendum, quod ex præcipuis Judæorum festivitatibus fuerit Pascha & festivitas azymorum: Pascha seu festum transitus fuit institutum in memoriam illius transitus, quo Angelus, præteritis Hebræorum familiis, percussit primogenita totius Ægypti, & celebrandum erat unicâ die, & quidem inchoandum Luna decima quarta primi mensis ad vespeream; festum azymorum institutum erat in memoriam egressionis populi electi ex Ægypto, in qua egressione præ festinatione non poterant panes fermentari. Complectebatur hæc festivitas septem dies integros, & incipiebat à vespere Lunæ decimæ

quartæ; sic ut celebritas Paschalis coincideret cum initio festi azymorum, quod decima quintâ Lunâ celebrabatur. Patent hæc ex textu Exod. 12. *decimâ die mensis huius* (nempe primi mensis, qui vocabatur Nylan & partim nostro Martio partim Aprilii correspondebat) *tollat unusquisque agnum per familias & domos suas...* *& servabitis eum usque ad decimam quartam diem mensis huius* (hæc erat decima quarta dies à novilunio mensis Martii, quia Judæi menses omnes à novilunio exordiebantur, atque idem erat dies primus & luna prima) *immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vespeream: & edent carnes nocte illa assigni & azymos panes cum lactucis agrestibus...* *& comedetis festinanter est enim Phase (id est transitus) Domini...* *habebitis autem hunc diem in monumentum & celebrabitis eum solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno, septem diebus azyma comedetis; in die primo non erit fermentatû in domibus vestris.*

Proposito hoc textu latini ita ratiocinantur: Christus Cœnam Paschalem, & consequenter post Cœnam, Eucharistiam celebravit vespere terminante Lunam decimam quartam, quæ erat vespera Paschalis, in qua incipiebat prima dies azymorum; Judæi enim dies festos ab occasu solis usque ad alium occatum ducebant, ita ut dies festus noctem sequentem & diem crastinum usque ad noctem exclusivè complecteretur juxta illud Levit. 23. v. 32. *A vespera usque ad vesperam celebrabitis Sabbatha vestra*, atqui tunc Judæis non erat licitum comedere panem fermentatum; ergo Christus non instituit Eucharistiam in fermentato sed azymo; *Majorem*, in qua est tota difficultas, probant Latini ex Evangelio sic Matth. 26. v. 17. dicitur: *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes:*

centes:



centes: ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Et subjungitur *v. 10.* facto vespere discubuisse Mar. *v. 12.* Prima die azymorum, quando pascha immolabant dicunt ei discipuli: quo vis carnis & paremus tibi, ut manduces Pascha? *v. 17.* Vespere autem facto venit cum undecim, & discumbentibus eis & manducantibus ait Jesus &c. Ex quibus clarè inferitur: Christum manducasse Pascha prima die azymorum, idque sub vespere, quo terminabatur Luna decima quarta, & inchoabatur festum azymorum.

Græci econtrà sustinent Christum Cœnam Agni Paschalis celebrasse, & consequenter Sacramentum Eucharistiæ instituisse Lunâ decimâ terciâ, quo tempore Judæi pane fermentato utebantur ex his fundamentis;

Primò, Joannis 13. Omnibus à Christo in ultima Cœna gestis præmittitur: *Ante diem festum Pascha &c.* Ergo Christus ante diem Paschæ hoc Sacramentum instituit; atqui dies Paschæ incipiebat Lunâ decimâ quartâ sub vespere; ergo Christus instituit hoc Sacramentum Lunâ decimâ terciâ.

& Apostolum non loqui de die legali, qui Lunâ decimâ quartâ à vespere incipiebat, sed de die naturali, prout dies à nocte distinguitur, & incipit à diluculo matutino, & ideò Apostolus signanter dixit: ante diem festum Paschæ, & non ante festum Paschæ; dies enim naturalis festi Paschæ erat Luna decima quinta.

Secundò, Joan. 18. dicitur Judæos non introiisse prætorium Pilati ipsâ die Passionis Christi, *ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha;* ergo nondum comederant Paschalem Agnum, qui Lunâ decimâ quartâ ad vespere comedebatur, & consequenter Christus Luna decima quarta passus est & decimâ terciâ Lunâ Eucharistiam instituit.

R. Voces illæ : *Ut manducarent Pascha*, non significant esum Agni Paschalis, sed denotant panes azymos & victimas, quas per septem dies Paschales offerebant, & etiam Phase vel Pascha dicebantur juxtà illud Deuteronomio, 16. v. 2. *Immotabisque Phase Domino Deo tuo de ovibus & de bobus.*

Tertio, Joan. 19. dicitur Christus mortuus in Parasceve: hoc est: tempore, quo parabantur necessaria ad solemnitatem Paschalem, quæ incipiebat Lunâ decimâ quartâ.

R. Per Parasceven intelligi Feriâ sextam, quæ antecedebat Sabbathum, in qua cibi & necessaria parabantur in diem Sabbathi, ut Mar. 15. v. 42. *Erat Parasceve, quod est ante Sabbathum.*

Quarto, In festo azymorum prohibitus erat Judæis omnis labor, ideoque non potuissent in festo azymorum Christum trahere ad diversa Tribunalia, nec potuissent devotæ mulieres occupari in cœmendis aromatibus ad unguendum Christi corpus; ergo Christus Luna decima quarta ante diem primum azymorum est mortuus, & consequenter die præcedenti Eucharistiam instituit.

R. Hisce festis Judæis non omnem laborem, sicut in Sabbatho, sed solum servilem fuisse prohibitum.

Quinto, Dies, quæ consecuta est mortem Christi, vocatur magna dies Sabbathi, ideo enim deposuerunt corpora de crucibus, ne manerent pendente in die Sabbathi; ergo erat festum Paschæ & prima dies azymorum.

R. Ideò diem illam Sabbathi vocari magnam, quia incidebat infrâ festum azymorum, ut exponit S. Th. in 4. Dist. XI. Q. 2. a. 2. Q. 3. ad 5. *Quocunque die de septem diebus azymorum Sabbathum veniret, dicebatur magnus dies Sabbathi propter ge-*

*minatam*

minata

DIC

tramen

Rat

menti r

naturam

inquit:

tur vinu

lus ex al

cis; A

vinum v

stum est

permixt

beri no

non est

consecr

retineat

quo im

ne est p

comesti

contine

cration

omniu

aliâs qu

dum, si

vinum

apta co

Leg

non est

quia no

congel

est idon

Disp

materia

teria p

*minatam solemnitatem scilicet Sabbathi & Pasche*

DICO 3. *De solo vino vitis potest confici hoc Sacramentum.* S. Th. hic Q. 74. a. 5. O.

*Ratio est:* Quia Christus designavit hujus Sacramenti materiam illud conficiendo in vino habente naturam vini vitiginei, sic enim Matth. 26. v. 29. inquit: *Non bibam amodo de hoc genere vite*, igitur vinum debet esse de vite, unde liquor expressus ex aliis fructibus quàm uvis non est materia calicis; Acetum est vinum corruptum, & habet se ad vinum verum, sicut cadaver ad corpus vivum; mustum est quidem vinum, attamen facibus nimis permixtum, ideoque extrà casum necessitatis adhiberi non debet. Deinde vinum pani imbibitum non est materia idonea consecrationis, licet species consecratæ, quibus panis intingitur, & imbuitur, retineant consecrationem, *Ratio est:* Quia vinum, quo imbuitur panis madefactus ex vino, nulla ratione est potabile, sed potius se habet per modum comestibilis quàm potabilis. Denique vinum, quod continetur in uva matura, non est materia consecrationis calicis; quia uva vel botrus secundùm omnium hominum sensum & usum non est vinum, aliàs quia vinum sive album, sive rubrum, sive calidum, sive frigidum, sive congelatum, sive non, purè vinum apud omnes habetur, ideo est materia apta consecrationis.

*Neque obest:* Quod aqua ex frigore congelata non est materia apta Baptismi, licet sit vera aqua; quia non est ablutioni idonea; ergo neque vinum congelatum est materia consecrationis, quia non est idoneum potui.

Disparitas enim est: Quod aqua in tantum sit materia Baptismi, in quantum in ipsa verificatur materia proxima Baptismi, quæ est actus secundus & actio

actō transiens abluitionis, ideoque quia aqua congelata quis abluere non potest, aqua congelata non est materia Baptismi; at Sacramentum Eucharistiæ non consistit in usu, sed re permanente habente rationem potūs spiritualis in potentia & materia calicis est vinum per se potabile, quale etiam est vinum congelatum, quod facillè dissolvi potest, quamvis per accidens statim potari non possit.

### Q U Æ S T I O III.

*An Aqua vino admiscenda & quo praecepto?*

**D**ICO. *Vino quod offertur in hoc Sacramento debet aqua misceri.* S. Th. hic Q. 74 a. 6 O.

Conclusio patet ex Trid. sess. 22. de Sacrif. Miss. cap. 7. ubi: *Monet sancta Synodus praeceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent.*

Huius Præcepti hæ sunt congruentiæ: *1ma*, Quia credibile est, Christum in Cœna vinum aquâ temperasse; ut Florentina Synodus memorat: *Aqua ideo admiscetur, quoniam juxta testimonium sanctorum Patrum creditur ipsum Dominum in vino aquâ permixto hoc instituisse Sacramentum.* *2da*, Quia hac permixtione Christi Passio melius repræsentatur, in qua aqua cum sanguine fluxit è latere Salvatoris. *3tia*, Quia hoc ritu unio populi Christiani cum Christo capire significatur: aqua enim significat populum, Apocal. 17. Vinum verò Sanguinem Redemptoris repræsentat. Porro debet hæc mixtio fieri in modicissima quantitate, ut in terminis dicit Concil. Florent. & intrâ Sacrificium Missæ ante oblationem calicis, ac casu, quo ex errore fuisset omissa mixtio illa aquæ supplenda est ante

confe-

confe-  
cessitac  
mixtio  
Christi  
vinum  
ficii qu  
elestasti  
Sanct  
quod ne  
gendi h  
lum red  
tur, ve  
aquam  
Obj.  
ergo et  
altem  
pane tr  
cessitate  
R. N  
dico:  
laiffe C  
riticeu  
An  
Circ  
ti  
quæfi  
tiquata  
convert  
quæ flu  
cum vin  
verti in  
converti

consecrationem, nec unquam etiam in casu necessitatis consecrare licet sine mixtione aut sine spe mixtionis sacrificium inchoare; si tamen Corpore Christi consecrato deficeret aqua, deberet solum vinum consecrari sine aqua: quia integritas sacrificii quæ est de Jure divino prævalet præcepto Ecclesiastico de admiscenda aqua.

Sancti Patres, qui adducuntur in contrarium, quod non sit necessaria admixtio aquæ, vel intelligendi sunt de necessitate Sacramenti, - quasi nullum reddatur Sacramentum, si mixtio illa omittatur, vel agunt contra hæreticos aquarios, qui aquam solam offerebant.

*Obj.* Si aqua admisceatur ob factum Christi ergo erit miscenda de necessitate Sacramenti aut saltem ex præcepto divino; sicut: quia Christus in pane triticeo hoc Sacramentum confecit, de necessitate Sacramenti debet esse panis triticeus.

*R.* Negando sequelam ad cujus probationem dico: quod per traditionem habeatur aliter voluisse Christum consecrando determinare panem triticeum, quàm mixtionem aquæ.

#### QUÆSTIO IV.

*An Aqua immediatè in Sanguinem convertatur?*

**C**ircà hanc Quæstionem tres referuntur sententia ab Innoc. III. in Cap. cum Marthæ 6. Quæstivisti de celebr. Miss. lib. 3. tit. 41. 1<sup>ma</sup> Antiquata docebat: aquam vino mixtam immediatè converti non in Sanguinem Christi, sed in aquam quæ fluxit ex latere Christi. 2<sup>da</sup>, Aquam unà cum vino (scilicet vel mediatè vel immediatè) converti in Sanguinem Christi. 3<sup>ta</sup>, Solum vinum converti in Sanguinem Christi, substantiam aquæ autem

XXI,  
que quia aqua con-  
gelata non  
ntum Eucharistia  
nante habente  
tia & materia  
uale etiam est  
solvit potest,  
n possit.

præcepto?

Sacramento  
74 a. 6 O.  
Sacrif. Miss.  
ceptum esse  
n calice offe-

1<sup>ma</sup>, Quia  
um aqua tem-  
morat: Aqua  
monium sancto-  
m in vini quæ  
2<sup>da</sup>, Quæ  
representatur, in  
atere Salvatoris,  
Christiani cum  
a enim significat  
verò Sanguinem  
rò debet hæc mix-  
ate, ut in terminis  
Sacrificium Missæ  
su, quo ex errore  
supplenda est ante  
conle-

autem post consecrationem remanere permixtam speciebus vini.

DICO : *Aliorum opinio probabilior est, qui dicunt aquam converti in vinum & vinum in Sanguinem.* S. Th. hic Q. 74. a. 8. O.

*Probat*ur : Aqua affusa vino convertitur in Sanguinem Christi: quia veritas formæ exigit, ut totum, quod demonstratur, & quod populo adorandum exhibetur, sit Sanguis Christi; cum non convertatur in aquam lateris Christi: quia in illud solum fit conversio vi verborum, quod per verba consecrationis significatur; illud enim verba efficiunt, quod significant; atqui verbis consecrationis non significatur conversio aquæ affusæ in aquam, quæ fluxit de latere Christi; ergo aqua lateris Christi non ponitur sub speciebus vi verborum, sed per concomitantiam & consequenter non magis est sub speciebus vini, quàm sub speciebus panis; quod autem prius convertatur in vinum & postea in sanguinem, probatur: illud solum immediatè convertitur in Sanguinem Christi, quod est à Christo institutum pro materia Calicis, atqui solum vinum & non aqua est à Christo instituta pro materia consecrationis calicis: nam Florent. definit materiam calicis esse vinum de vite Trid. sess. 13. de Euchar. Can. 2. decernit; post consecrationem manere duntaxat species panis & vini; ipse Christus dicit: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis;* quod si verò aqua converteretur immediatè in Sanguinem Christi, tunc post consecrationem, etiam remanerent species aquæ, ac Corpus Christi sub speciebus aquæ contineretur, & si fieret separatio sive per artem sive per congelationem specierum aquæ à speciebus vini, integer Sanguis Christi contineretur sub solis speciebus aquæ; quia tamdiu maneret

ret Sang  
quamdiu  
aquæ sive  
ruptæ. E

Obj.

dicatur:

Missæ co

re. Sa

versione

quod Ar

denter fu

vinum;

converti

stanti co

sed quod

ma aqua

substanti

Obj. 2

totum co

aqua con

rio: quia

in vinum

vino im

quod ju

quando

tur, se a

nisi aq

Christi,

jejunus

& in no

brare.

re. V

deb le:

actione

do quan

Part

ret Sanguis Christi sub speciebus consecratis, quamdiu illæ non sunt corruptæ; atqui species aquæ sive congelatæ sive separatæ non forent corruptæ. Ergo

*Obj. 1.* Plura loca Sanctorum Patrum in quibus dicitur: utrumque vinum & aquam in sacrificio Missæ consecrari.

*R.* Sanctos Patres esse intelligendos de conversione mediata; quia sicut benedicuntur Joan. 2. quod Architriclinus gustavit aquam, quæ antecederet fuerat aqua & pro tunc quando gustabat, erat vinum; ita per ampliacionem dici potest aquam converti in Sanguinem Christi, non quod pro instanti consecrationis materia sit sub forma aquæ, sed quod materia, quæ antecederet erat sub forma aquæ & modo est sub forma vini, transeat in substantiam Sanguinis Christi.

*Obj. 2.* Demonstratio vocis: *hic* cadit super totum contentum in calice; atqui in calice actu aqua contineri potest tempore, quo fit consecratio: quia certum est: aquam non semper converti in vinum, si vel vinum sit valde debile, vel aqua vino immediatè ante consecrationem admisceatur, quod juxtà rubricas Missalis Romani faciendum, quando sacerdos ante consecrationem reminiscitur, se aquam vino necdum miscuisse, in quo Casu, nisi aqua immediatè convertatur in sanguinem Christi, adorabitur aqua, sacerdos non manebit jejunos, cum haustu illius aquæ solvat jejunium & in nocte nativitatis non possit alterâ vice celebrare.

*R.* Vinum in se convertere aquam tametsi sit debile: quia aqua in vinum convertitur non solâ actione vini, sed etiam ipsius aquæ divisione, modo quantitas vini quantitatem aquæ notabiliter

excedat; unde in Casu, quo sacerdos guttam aquæ vino mox consecrando admiscet, aqua, quia est modicissima, unico quasi momento toties dividitur, ut aqua non remaneat, si autem quandoque contingat, aquam non esse vinum tempore consecrationis, vel propter nimiam aquæ copiam infusam calici, vel propter vini debilitatem, per accidens & præter intentionem aqua non converteretur in Sanguinem Christi, cui tunc non obest, quod totum illud, quod in Calice continetur, proponatur adorandum; quia intentio populi adorantis ad sanguinem in calice præsentem dirigitur, sicut non adoratur pulvis vel musca aut simile quid ex incuria in calicem delapsum, nec illâ aquâ in sua natura permanente solvitur jejunium: tum quia ignoratur, num aqua sit conversa; tum quia tunc aqua per modum Sacramenti & communionis exhibitur; unde non est similis ablutioni, quæ, quia seorsim à sacris speciebus sumitur, jejunium solvit; nec propterea falsificatur forma, in qua particula: *Hic* designet contentum sub speciebus vini; intentio enim sacerdotis consecrantis conformatur intentioni Christi, in cuius persona sacerdos loquitur, Christus autem solum vinum consecrare voluit: cum ex Scriptura & Sanctis Patribus constet, quod solum vinum de vite sit materia calicis.

*Obj. 3.* Si materia consecrationis calicis sit tantum vinum de vite, ergo neque aqua in vinum conversa poterit converti in sanguinem Christi: cum aqua conversa in vinum non sit vinum de vite.

*R.* Vinum, quod est materia calicis debet, habere naturam vini vitiginei, quamvis illius causa efficiens non sit vitis, unde vinum miraculo productum, ut factum est in Cana Galilææ, foret apta materia consecrationis. *Adde:* Aquam à vino conver-

conversa  
vino de  
vertentis  
verfi.

*Obj.*  
quod in  
æ. Pr  
re eleme  
possit aE  
men con  
modicæ  
tur & ab  
possit, se

*Obj.*  
micà à v  
aquam n  
æ. Tu  
vino extr  
in vinum  
modica a  
extrahitu  
pars vini  
quod pa  
tem talis

D

**T**RIB  
lis  
Sacrame  
quo nom  
pane, ita  
tur cum  
fi intell



conversam esse vinum de vite, quia est conversa à vino de vite, unde sicut vitis est causa vini convertentis, ita etiam remotè est causa vini converti.

*Obj. 4.* Aqua est corpus elementale & simplex; quod in mixtum immediatè non convertitur.

*R.* Præterquam quod non habeamus aquam purè elementalem, Elementum Aquæ, licet non possit actione vini in vinum converti, potest tamen converti per divisionem, quâ materia aquæ modicæ in minutissimas particulas divisa confunditur & absorbetur, ut formam aquæ retinere non possit, sed recipiat formam circumdantis vini.

*Obj. 5.* Aquam vino mixtam posse arte Chymicâ à vino separari; ergo experienciâ probatur aquam non converti in vinum.

*R.* Tunc solum veram aquam Elementalem è vino extrahi, quando magna quantitas aquæ, quæ in vinum non potuit converti fuit affusa; si autem modica aqua fuit affusa, liquor ille, qui per artem extrahitur, non est aqua Elementalis, sed debilior pars vini aquæ similitudinem & colorem habens, quod patet ex eo, quod etiam è vino puro per artem talis spiritus vel talis liquor extrahi possit.

## DISPUTATIO XXII.

*De Transubstantiatione.*

**T**RIBUS tantum modis intelligi potest substantialis præsentia corporis & sanguinis Christi in Sacramento Eucharistiæ: *1<sup>mo</sup>* Per impartationem, quo nomine intelligitur unio hypostatica verbi cum pane, ita ut in Eucharistiâ verbum hypostaticè uniatum cum pane, de quo sic unito de Carne Christi intelligantur illa Verba: *Hoc est Corpus meum.*